



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Excitabas arcum tuum, iuxta iuramentum tribubus præstitum. Sela. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

Et uictoria adesset. Illic neque furor, neque indignatio, profecto uestigari poterat, quibus populo tuo succensuisses. Cui uero adfirmatiuus intellectus magis placeat, sicut et redditus est, illi, furor et indignatio in Aegyptios uertenda sunt, quos, ut populū suum eriperet cecidit. Nemini uero dubium esse debet, filios Israēl, sine equis et curribus non fuisse, armati enim exibat, ut Mose Exo. 15. habet, instar exercitus, ad bella profecturi.

X. Excitabas arcum tuum, iuxta iuramentum tibi tribus praestitum. Sela.

Per arcum, uniuersa arma bellica, intelligit, ut Psalmo 77. Filij Ephraim, quorum intererat gestare arcum. Praeterea Gene. 49. per patriarcham Iacob Deus arcum Ephraim firmum fore loquutus est et c. Idem ipsum hic, iuramentum praestare tribus Habacuc uocat. Atque hic uersus, rursum fulgorem ostēdit quendam, penes quem Deus cognoscibilem se reddebat. Accipere potest esse clades, qua Iosua Amalechitas adflixit, Exod. 17. uel regem Harad Numeri. 31. uel reges Sihon et Og, uel qua illos omnes percussit. Nam dicturus est. Quomodo Deus arcum illorum excitauit, confortauitque, quod in bellis fortunati fuerint.

Partiebaris flumina in terram.

Alius

ANNOTATIONES.

Alius hic fulgor est, quom aquam ex rupe submini-
strabat, ut in deserto, diuisim profluere, ut & homi-
nes & iumenta bibere possent.

Videbant temontes, & conturbabā XI
tur procella aquarum præteribat, abyf-
sus uocē ædebat, altitudo leuabat ma-
nus.

In unum hic fascem colligit fulgorum opera, quom
flij Israel Iordanē pertransirent, ibi enim languebāt
montes. i. herōes & proceres terræ Canaan, aut mon-
tosa terra, unā cum suis incolis, ut Moses ait Exod. 15.
Tum expauescebant principes Edom, Potentes Moab
turbabantur, obstupescabant omnes habitatores Ca-
naan. Eo temporis etiam Iordanis cedebat locum, &
excicabatur Iosua, 3. Quin profunditas audiebatur &
altitudo leuabat manus, id est quicquid profundum al-
tūmue erat, mouebatur & ferebatur præ angustia, Ne-
que profundæ aque, neq; excelsi mōtes, quicquam cui-
quam auxiliari poterant.

Sol & luna fixi stabant in habitacu. XII
lo suo.

Id est, contra naturam & morem suum fixi consti-
stebant, non mouebantur, non complebant circulos su-
os ut Iosua belligeranti auxiliarentur. Iosua. 10.

Sagittæ tuæ in choru scatione euola-
bant, & in fulgore fulguris hastæ tuæ.

Historians